

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4907

Auteur(s) : Gilbert Florie [particulier]

Bénéficiaire(s) : Pont-de-l'Arche, Notre-Dame de Bonport (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1259

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Gilbert Florie vend aux religieux de Bonport 6 sous de rente sur une pièce de vigne.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissey, 1862, n° CCXLI, p. 245-246.

Texte établi d'après a

Noverint universi, presentes litteras inspecturi, quod ego Gillebertus Florie vendidi et concessi, et omnino dereliqui, abbati et conventui Beate Marie Boni Portus, sex solidos turonensium annui redditus, videlicet ad festum Sancti Egidii persolvendos, sitos super quandam pechiam vinee, videlicet, inter vineam Rogeri Bollie, ex una parte et vineam Johannis Boterel, ex altera, aboutantem ad Campos Marius in uno capite, et ad vineam Nicholai Papei, in alio, videlicet ad faciendam pitanciam de dictis solidis sex cum aliis, dictis religiosis Boni Portus in die obitus magistri Hylarii, tunc temporis rectoris ecclesie Beati Audoeni de Lereio, qui dictum redditum pro salute anime operavit : tenendos et habendos, et jure hereditario possidendos dictos sex solidos dictis religiosis de me et meis heredibus, annuatim, ad festum Sancti Egidii persolvendos, libere, quiete et pacifice, absque ulla reclamatione, contradictione seu impedimento de cetero mei vel heredum meorum. Ita tamen quod dicti religiosi suam ex nunc de predicto redditu facere poterunt omnimodam voluntatem. Et licebit dictis religiosis pro dicto redditu, si necesse fuerit, super dictam pechiam vinee et super totum tenementum meum, ubicumque fuerit, tam ad villam quam ad campos, plenariam facere justiciam, nisi dictus redditus ad predictum terminum fuerit persolutus. Pro hac autem venditione et concessione dicti religiosi michi dederunt pre manibus quadraginta et quinque solidos turonensium, de quibus me teneo penitus pro pagato. Et ego Gillebertus Florie et heredes mei dictis religiosis dictum annum redditum in perpetuum tenemur garantizare, vel, valore ad valorem, in propria hereditate excambiare, si dictum redditum, aliquo casu contingente, nequiverimus garantizare. Et ut hoc sit firmum et stabile, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi.

Datum anno Domini M^o CC^o quinquagesimo nono, mense.....

Testibus his : Nicholao, filio Herberti ; Stephano Legreu ; Gilleberto Legreu ; Radulfo Textore ; Thoma Legreu, clericu.